

F. K. 56. (27)

Z 6
3484

V I R O
MAXIME REVERENDO, ET EXCEL-
LENTISSIMO
JOANNI ANDREÆ
GLEICHIO,
REGIÆ ET ELECTORALIS AVLÆ
DRESDENSIS THEOLOGO, ET ORA-
TORI ELOQVENTISSIMO etc.

QUUM AB EO
DISSERTATIONEM EPISTOLICAM

DE DIE CINERUM,

DIE XIV. JULII
ACCEPISSET,

GRATÆ DEVOTÆQUE MENTIS
TESSERAM,

QVA HUIUS FESTI ORTUS DISCUTITUR,
CUM VENERATIONE OFFERT,

M. URBANUS GODOFR. SIBERUS,
ECCLESIAE SNEEBERG. ARCHID.

SNEEBERGAE,
EXSCRIPSIT TYPIS HENRICUS FULDA.



72

VIR
MAX
JANUARI
1800





VIR MAXIME REVERENDE ET EXCEL-
LENTISSIME, DOMINE ET IN CHRIS-
TO PATER, OMNI VENERATIONE
COLENDE!



Mihi quidem satis fuisset, si
literas meas, si Clientem patro-
cinio, et manibus tuis commenda-
tum benigne suscepisses; at enim
vero, qua polles, quaque omnes
prope Ordinis Tui homines huma-
nitate superas, literas etiam, et no-
bilissimum illud *de Festo Cinerum*

Dic Schediasma reddidisti, quod mihi ~~quidem~~ multo fuit ac-
ceptius, quam, cum vergente ad finem Seculo V. Ao. 471. Procop. de
Bell. Goth.
Vesuvii Montis Cineres Constantinopolim usque per ventos ra-
perentur, tanta quidem omnium admiratione, ut vix ac-
ne vix quidem fidem huic rei habendam Bodinus existimave- Bodinus.
rit. Quod ut eo certius tibi persuadeas, omninoque cre- Meth. Art.
das, me illos intra Cineres aurum invenisse, ulterius is insti- Hist. c. 4.
ti, et quod sine scelere mihi iicuit, Tephramantiam* hanc
praesentem institui, tanto majore venix expectatione, quan-
to certius scio, mortalium vetustissimos, Cineres non Zoro-
astris modo, sed omnes propemodum inter sacra sua repo-
suisse. Et quantum quidem ad Ebraeos pertinet, nullus sa-
ne dubitationi locus restat, cineres purgationibus adhibitos;
ut veritati bellum indicat, aut vano se labore delectet, qui
copiosius illud discutere velit. Id vero adversus IOAN-
NEM SPENCERUM diligentius perquiri velim, Judaeos non
a profanis Idolorum cultoribus sacra cineris Ceremoniam de-
B promiss-

* Licet mihi hac dictione uti, quam HIERONYMUS CARDA-
NUS vastissimi ingenii homo libro IV. de sapientia expli-
cuit. Quod illius monumentum cum reliquis adeo negli-
gitur, ut nuper illud pretio, nummo Cajano, viliori cora
paraverim.

promissæ, sed hos potius temeraria et invisa probis æmulatione, ignoratoque profus ænigmatico sine ad suas superstitiones rapuisse. Illud certum est, Homerum, notabili senectute clarum, de sacris gentium cineribus, iisque luctui designando adhibitis, cecinisse. Fidemque faciunt alii, qui de lustrationibus profanorum scripsere, haud una in gente ritus illos viguisse; attamen horum vetustatem si ponderes, mox colligas, eos ex templo Ebraeorum quasi per sacrilegium subtractos

Spenc. de leg. esse. Insigniter certe et difficulter tamen nugatus est SPENCE-
Ebr. Rit. L. II. RUS, dum rationem reddit, cur vacca rufa in cinerum mate-
Cap. 15. Edit. riam fuerit electa, nempe, ut occurreret Deus profano Ægyptiorum ritui, quo homines Typhonios, seu rufos olim combussissent. Quis enim non fabulas Manethonis agnoscit?

ut multo rectius vir, Anglorum more, insolenter eruditus facturus fuisset, si rationes veras vel ex PETRO DAMIANO, vel ex MACARIO CHRYSOCEPHALO, * vel GREGORIO tandem VENETO petiisset; quorum postremus vaccae rufæ oblationem ex eo imperatam capite censuit, ut scelus, in aurei Vituli veneratione commissum, annua veluti expiatione deleteretur. Quum autem illud SPENCERO concedendum non sit, Deum, Iudæis gentium imperasse ritus, eos præsertim, in quibus quaedam Redemptoris, gestorumque ab eo, imago præcebatur, in aliis tamen non nimium rigidos censores exoptaverim, quum sæpe reperiantur Ceremoniæ, quas Iudæis acque profanisque communes Numen toleravit, quod de Asper-
sione

* Macariorum, quotquot in Sacris Ecclesiæ tabulis apud me reperiuntur, Historiam, memoriae divorum Præsulum Dresdensium Carpzovii et Seligmanni sacrandam collegi, modo librarius foret, qui suis sumptibus eam describeret: sunt vero, demtis, quos ex profanis scriptoribus addidi, XLII. quorum hic Indicem exhibeo:

	Lesbiorum Rex,	Scriptor Actor, Mart.	Operarius Unitatis.
Macarius	Consul Rom. Fictit.	Romanus Confess. qui et	Ignoti loci, Nest. Antag.
Macaria	Danaï Filia.	Celerinus.	Laodic. Nestor. Fautor.
Macariani	Christiani.	Presbyt. a. Mabill. fictus.	Diaconus Rom. Legatus.
Mac, Mar- tyr.	Antiochenus.	Novato Sabbatianus.	Hierosol. II. (thelita,
Macaria	Martyr.	Macar. Præsul Hierosolom. L.	Episcop. Antioch. Monach.
Macarii	Duo Mart.	Ægypt. Anachor. Macar.	Monachus Pelicetæ.
	Lugdunens.	Alexandr. Politicus, Ab.	Archiep. Antiochenus.
	Syrus.	Homicida Presb. Cell.	Ancyranus.
Macar.	Alexandr.	Presb. Alex. Athan. Co-	Legatus ad Eugen. in
Martyr.	Melitenus.	mes.	Conc. Florent.
	Alexandr.	Presb. Alex. Ath. Defens.	Chrysocephalus.
	Nicenus.	Presb. Eusebio-Arrianus.	Macer.
	Afer.	Origenianus.	Abbas Limpurg.
		Presb. Antioch. Martyr.	Mutius.
		Luciferianus.	Grevelinganus.

sione cinerum, moestitiae signo, parum abest, quin statum, quum apud Ninivitas, gentem a foedere divino alienam hunc squalidum pulverem reperiamus. Neque vero tantopere mirandum, Ecclesiam Christi, sanguinolentam adhuc, recentique partu madidam, hos Ebraeorum vel gentium ritus imitatum, quorum quosdam, etsi ingenti fastidio sperneret, quod e fevera, GREGORII illius M. in ARSENIUM, Hortanae civitatis Episcopum, Judaicas pellicias introducere molientem, castigatione liquet, quosdam nihilominus, captis veluti per incantationem animis retinuit, quemadmodum non temere GERBRANDUS de LEEUVVEN in Praefamine Commentariorum ad gesta Apostolorum existimavit. Proinde contingit, ut Ecclesia Cinerum squalorem Judaeis et gentibus solemnem reciperet, multoque citius illud, antequam apud Romanos ista Cineritia sacra instituerentur. Nec dubito primo salutis receptae seculo morem incessisse, quem tamen vel monumentis, vel lectione exclusus confirmare nolim, satis habens, si antiquissimum Cineritii ritus testem Tertullianum produxero. Is in egregio de Patientia libro ait: *Inprimis adflictatio carnis hostia Domino placatoria, per humiliationis sacrificium, cum sordes cum angustia victus domino libat, contenta simplici pabulo, puroque aquae potu, cum jejunia conjungit, cum cineri et sacco inolescit.* Quum vero aliquibus posset videri, quod haec formula ex oraculis sanctioribus sit petita, uberius sane Florens explicat, ritum capitibus inspergendi cineris suo tempore inter religiosiores Dei Cultores receptum fuisse, libro de Pudicitia: *qui templum Dei vitia verit, vitia bit illum Deus, nisi omnium focorum Cineres in Ecclesia de capite suo excusserit.* Quae Tertulliani verba non modo ritus antiquitatem probant, sed cum praecedentibus non vagos aut hirquos sibi oculos poscunt. Ostendit enim primo severus Pater, homines, de quovis majore scelere poenitentes, *caligas fratrum detexisse*, (quam humilitatem alias ipse *adgeniculationem* multis eruditorum non satis perceptam appellavit,) quod Agonyclitarum causa moneo, in quorum descriptione Haeresium Editores miserrime nugati sunt, ut non immerito, demtis tamen illustribus et reverendissimus viris, ITTIGIIS, DANAEIS, CALVORIIS, illud BAYLII elogium acceperint, eos vervecibus esse stupidiore. Ista enim Tertulliano citata *adgeniculatio et caligarum detexio* a poenitentibus facta asserit, Agonyclitas non esse, qui vel inter sacra procumbere nollent, adversus quos Caesarius acriter invehitur, nec eos, qui Judaeorum salutem flexo poplite Deo commendare nollent, de quibus Alcuinus: *per omnes alias orationes genua flectimus, excepto, quando pro Judaeis oramus: illi enim genua flectebant Domino, opus bonum male operantes, quia illudendo hoc faciebant;* sed

Joan. Diac.
 L. IV. c. 50.
 ed. Bened. T.
 IV. p. 156.

Gerbr. de
 Leeuwen
 Praef. §. 31.
 p. 46. et seqq.

Tertull. de
 Pat. cap. 12.

Id. Editione
 Phil. Priorii
 p. 570.

Homil.
 XXXIV.

... sed

sed eos , qui in Persecutione Lapsi per arrogantiam sanctos Confessores et Martyres adire et veniam petere recusarent. Tum vero etiam innuit, Poenitentes atque accederent templum, per domos ambiisse, ut cineribus aspergerentur , quos de Opt. Mil. L. inde in Ecclesia excutiebant. Tertulliano, Optatum jungo Mil. VI. c. 4. Ed. levitanum fidei haud contemnendae testem , qui de Donatistis Dupin. p. 95. ait , ipsos Virgines Deo sacratas immundis cineribus conspersisse. At enim vero hic ritus non RIMARIIS * istis peculiaris erat , sed discedentes a parte saniore eum inde secum abstulerunt , male impendentes id, quo saniores, et integri bene ac tempestive utebantur. Interim liberum illius usum fuisse reor, etsi qui poenitentiam agerent , hac nota ab aliis fecernerentur , donec tandem in legis auctoritatem abiret , quod quo tempore factum , nondum satis exploratum habeo. Equidem ad Concilium Agathense, quod ALARICI VVifigothorum Regis venia in Gallia Narbonensi A. Xsti 506. convocatum erat provocatur , cui Caesarius Arelatensis praesedit ; at probe tamen cavendum , ne id ipsum tanquam veritas omnino explorata tradatur , quum Canones, qui Concilio Agathensi adscribuntur, non omnes a Patribus in eo congregatis fuerint constituti. BARONIUS ~~opibus~~ nimium quantum illos auget et ad numerum LXXI. deducit, at nihilominus cum quadam mentis anxietate fatetur , eos vel esse *sanctos, vel restitutos*. SIRMONDUS autem, Cygnus inter corvos , qui illud Concilium cum vetustissimis Codicibus contulit , dicit se reperisse tantum XLVIII. nec dubium esse, quin reliqui aliunde fuerint de prompti , et alterius cujusdam Synodi auctoritate in Agathensem inserti. Neque vero de prioribus XLVIII. tanquam pro aris decertandum , quum ista veterum scripta incredibili fere modo sint depravata , idque tum ab Heterodoxis teste Gregorio M. cui scelus illud ab Andrea Incluso fuit illatum , et Anastasio Sinaita, quo asserente SEVERIANUS Augustalis Alexandrinus XIV. Calligraphos aluit, quibus id negotii dederat , ut *Patrum libros falsarent, ac depravarent*; ** tum vero etiam ab Orthodoxis, qui quidem Patribus dudum defunctis opuscula

Ant. Pagi
Ao. X. 506.
n. 11.

Anast. Sinait.
Hodeg. c. X.
Bibl. P. Max.
T. 9. p. 835.

* RIMARIUM apud veteres Schismatici dicebantur a Rima, s. fissura, quod ex epistola Columbani ad Gregorium M. Ep. I. IX. ep. 127. constat, quam editores Benedictini non intellexerunt, ut ostendam in Supplemento Haeresium et Haeticorum, quorum CCC. e praestantissimis, rarissimisque Hist. Ecclesiasticae monumentis collegi.

** Haec in Origen. l. 2. c. 3. §. 10. ex Anonymo Defensore Originis, eque Rufino ostendit, Ecclesiae perduelles non solum sacra volumina, sed etiam patrum aliorum libros, Clementis Romani, Clementis Alex. Dionysii Alex. Athanasii, Hilarii et Cypriani, aliorumque foede corrupisse.

la nomine illorum inscripta crebro subdiderunt, quod ANASTASIUS citatus, nomine FLAVIANI ANTIOCHENI, se fecisse, sed pia illectum fraude, profitetur. Quando igitur ex Agathensi Concilio, solennis illa Cineris consecratio, minus recte accersitur, quod Tu Vir Excel. agnoscis, BURCHARDO autem et IVONI, multo quippe sequioribus fides haberi tuto non potest, quia doctissimo Blondello teste, non nisi nugae collegerunt, certum est, nec BALÆUM nec RUPERTUM TUITIEN- SEM bene fecisse, quod festum illud a Gregorio M. derivarint. Hoc equidem manifestum, GREGORIUM habuisse ingenium novitatis studiosum, cujus inducendae tanto majore traheretur cupiditate, quod jam tum aliqua esset Romani Praefulsi auctoritas, vel ubi non esset, Indies tamen stabiliretur; vergebaturque eo Gregorius, ut Imperium quoddam callida licet et blanda simulatione tectum exerceret, haudquaquam cedens pertinacia, quamquam repetitis calamitatibus retunderetur. Id quod non melius cognosci potest, quam ex Libro, quem veteres Sacramentorum titulo inscripserunt, nuperque admodum P.P. BENEDICTINI cum amplissimis et eruditissimis HUGONIS MENARDI Notis ediderunt, ex eo quippe videtur, quibus ille, quamque innumeris caeremoniis Ecclesiam inundaverit. At, quod ad Festum Cineritium pertinet, nulla sane in omnibus Gregorii constitutionibus illius mentio adest. Fatetur oppido *Hugo Menardus*, se in *Ratoldiano Codice*, ubi de poenitentium Reconciliatione agitur, hanc Cinerum memoriam legisse, quam tamen aliunde, non a Gregorio adjectam exinde constat, quod Gregorii aetate, Quadagesima tantum XXXVI. diebus fuerit absoluta, quibus reliquos IV. dies, (inter quos Cineris sparsio peracta) postea additos esse, *P.P. Benedictini*, rituum non ignari pro sua integritate agnoscunt. Nimirum igitur benignus fuit Vir maxime reverendus *Casparus Calvorius*, dum *Polydoro Vergilio*, innumerorum errorum auctori, ad stipulatus, Gregorium hujus festi Conditorem sine conditione tradidit; utinam vero hanc fiduciam in egregio de Haeresibus opere paululum constrinxisset, dum enim nimis bona fide arripimus, quae hujusmodi homines nec monumentis, nec judicio satis instructi produunt, auctoritatem posteris damus, ut, quamquam inviti, et veluti quodam cum dolore suo, multa e majorum libris circumscribant, expungantque. Tu vir Max. Reverende, pro excellenti doctrinae copia vidisti, Cinerum asperionem longius, et ab ultime stirpe esse repetendam; Festi autem solennitatem, *Burchardi et Ivonis* fidei relinqvendam, gnarus hos Ceremoniarum Architectos novitatibus suis vetusto injecto pallio quendam lucrari majestatem consuevisse. Nihil vero muneris sanctitate indignum admisit Antistes maxime reverendus Doctor-

v. Blondelli
 Praef. ad Pf.
 Isid. et van
 Maltricht.
 Hist. Juris
 Eccl. num.
 254.

v. Lib. Sacr.
 Greg. T. III.
 Opp.

FK 26 34 84 x 3047827

que Theologus celeberrimus *Jo. Georg. Pertschius*, qui ipso Cinerum die Flammeum Virgini filiae imposuit. Cum enim in omni prope terrarum orbe, dum sacra inchoantur Jejunia, homines lymphati larvatiqve incedant, quidni Nuptiale festum, cuius sanctitatem divino auctoramento firmatam scimus, Vir probus inchoaret? Omnia fere sanctae societatis festa, eam calamitatem a longis retro seculis experta sunt, ut quodam nugarum et lasciviae luxu inciperentur: qua de re antiquissimi Praefules nostraeqve aetatis Venerandi Patres summopere quæsti sunt. Multo ~~egre~~ rectius agunt ii, qui honestatis lege observata illud perficiunt, in quo imago quaedam ejus amicitiae consistit, quam coeleste Numen cum hominibus contraxit. Sint igitur venerandi, adorandiqve labores, quibus miseram deperditamqve mortalium gentem in libertatem Redemptor asseruit, nec tamen ideo projicienda sunt vincula, quibus humana societas continetur. Quam cum turbari quodammodo putaret *David* Calderwood, dum Anglorum Ecclesiam plus justo sanctionibus Romanis addictam cerneret, fallè admodum, sed egregie tamen ac profusè erudite Liturgia illorum aliis obtrudendam perstrinxit. Nostri vero Patres laudando temperamento usi sunt, qui profligatis vanitatibus, utili et religiosa, etiam honestorum, procrastinatione, illas celebritates vetererunt, quibus a sedula Redemptoris memoria mentes mortalium avocari possent. Quorum tum pietatem et prudentiam laudo et sequor, *Te, maxime Rev. et Excellens Orator*, divino Numini commendando, fidemqve facio, non citius Tui memoriam et venerationem ex animo meo discessuram, quin, quæ has edidit literas, manus, in cineres fuerit resoluta. Scrib. Sneebergæ, Die XVII. Julii A. R. S. MDCCIX.



NC

A.K. 56. (27)

Zb
3484

V I I
 MAXIME REVERE
 LENTIS
 JOANNI
 GLEIC
 REGIÆ ET ELECT
 DRESDENSIS THEO
 TORI ELOQVE
 QVUM
 DISSERTATIONEM
 DE DIE C
 DIE XIV
 ACCEPI
 GRATÆ DEVOT
 TESSER
 QVA HUIJUS FESTI O
 CUM VENERATI
 M. URBANUS GO
 ECCLESIAE SNEE

SNEEBE
 EXSCRIPSIT TYPIS H

BIB
 PONI

UNIVERSITÄT
 HALLE
 (SALLE)
 BIBLIOTHEK



E
 E

